

The Electronic *Manipulus florum*
www.manipulusflorum.com

Ambicio x
cum fontibus proximo et primis

Ambicio

multos mortales falsos fieri coegit,
aliud clausum in pectore,
aliud in lingua promptum habere,
amicicias inimiciciasque non ex re
sed ex comodo estimare,
magisque uultum quam ingenium
bonum habere.

Est autem in hoc
genere hoc molestum quod in
magnanimis et munificis sepius incidit

potencie cupiditas.

Tullius in rethorica.

Ambitio

quoque, id est amor prelationum,
multos mortales falsos fieri coegit,
aliud clausum in pectore,
aliud in lingua promptum habere,
amicitias inimicitiasque non ex re
sed ex comodo estimare
magisque uultum quam ingenium
bonum habere.

Est autem in hoc
genere hoc molestum quod in
magnanimis et munificis sepius incidit

potencie cupiditas.

Pseudo-Guillemus de Conchis,
Moralium dogma philosophorum, I.Bi.1
(J. Holmberg ed., p.28, ll.11-17).

Ambitio

multos mortales falsos fieri subegit,
aliud clausum in pectore,
aliud in lingua promptum habere,
amicitias inimicitiasque non ex re,
sed ex comodo aestumare,
magisque uultum quam ingenium
bonum habere.

Caius Sallustius Crispus, *De
coniuratione Catilinae*, 10.5 (A.
Kurfess ed., p.10, ll.12-16).

Est autem in hoc
genere molestum, quod in
maximis animis splendidissimisque
ingeniis plerumque existunt
honoris imperii
potentiae gloriae cupiditates.

Marcus Tullius Cicero, *De officiis*, 1.26
(M. Winterbottom ed., p.11, ll.19-22).